



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

In quonam resideat Ordinaria, parag. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

5. Respondeo, In iure suspendi ab officio, id est, à Confessionibus, & à celebratione Missæ, Per suspensionem ferendam, a non vero lata sententia. Non fieri irregularem, merito docet Delugo, b quia irregularitas (adde) & alia pœnæ cap. præcedenti dicta, sunt contra non Sacerdotem, at hic, de quo loquimur, iam Sacerdos est.

§. II.

In quonam consistat ordinaria iurisdictio absolvendi à peccatis?

1. Non obstantibus in præcedenti §. explicatis, tres sunt casus, in quibus simplex Sacerdos ob solvere ritè potest. Primus, si ad ipsum accedat pœnitens solis peccatis venialibus laborans. Secundus, si ad eundem accedat, habens sola mortalia, alias legitime directè absoluta. Tertius, si urgeat necessitas ea, quam infra latè explicabimus.

Hanc tertiam potestatem concessit ex communi sententia simplici Sacerdoti pia Mater Ecclesia. Secundam vero, & primam, licet Vasq. c contendat datam illi esse immediatè à Christo Domino in Ordinatione Sacerdotis, atque adeò esse hanc potestatem irribitam in potestate Ordinis, tamen probabilissimum est, eam dari ab Ecclesia, nam propterea potest illam tollere Summus Pontifex, non verò inferior Prælati, cum ea sit concessa à Superiorum omnium.

2. At verò loquentes absolute de Jurisdictione Absolvendi à mortalibus, de qua deinceps sermo semper erit, Primò eam in Summo Pontifice pro toto orbe residere, & quidem à nullo limitabilem, quia illam accepit à Christo Domino, nimis stolidus esset, qui negaret.

3. Secundò, Episcopus in sua Diocesi habet etiam Jurisdictionem Ordinariam, & quidem verosimilius immediatè à Summo Pontifice.

4. Tertio, Parochus in sua Parochia. Vide num. 13.

5. Quarto, Abbates, Prioresque proprium territorium habentes, gaudent etiam Jurisdictione quasi Episcopali in illo territorio. Huc item reducuntur Cardinales in Ecclesiis sui Tituli.

*Tamburinus de Sacramentis.*

6. Quintò, Legati, seu Nuncios Apostolici in sua Provincia.

7. Sextò, Prælati Regulares in suos subditos, puta Generalis Provincialis, Superior localis.

8. Septimò, Archiepiscopus in Diocesi sui Suffraganei, sed solum e quando eam actu e Suar. d. 25. de Pœn. visitat, quare tunc solum poterit audire Confessiones, sicuti, & assistere Matrimonii subditorum sui suffraganei. Quando autem actu non visitat, solum tunc poterit, quando in iustè suffraganeus Episcopus absolutionem denegaret.

9. Octavò, Vicarius Generalis Episcopi habet etiam Jurisdictionem ordinariam, non solum pro foro externo, sed etiam pro foro Sacramentali, hoc est, in administratione Sacramentorum, sed vivente suo Episcopo dicitur taxat; nam eo mortuo, vel amoto ab officio, vel ejus jurisdictione suspensa per censuras, cessat, vel suspenditur, & Vicarii jurisdictione.

10. Nonò denique, Vicarius Capituli, se de Vacante, eandem jurisdictionem habet, quia Capitulum succedit Episcopo in omni eo, quod spectat ad jurisdictionem.

An prædicti Vicarii Episcoporum, vel Capituli hanc jurisdictionem, ut & ad casus reservatos, habeant ex concessione Generali Vicariatus? dicam h infra.

11. Vicarios foraneos nulla ejusmodi jurisdictione gaudere, te non ignorare puto, licet etiam, nec Abbatissam pro suis Monialibus, nam hæc non habet propriam jurisdictionem, sed solum domesticam gubernationem, ut rectè notat Thomas Hurtadus.

An prædicti suam hanc ordinariam jurisdictionem possint aliis delegare?

12. Prædicti omnes, & sint Sacerdotes, possunt suis Ministrare Sacramentum Pœnitentiæ, & item possunt, etiam si Sacerdotes non sint, aliis Sacerdotibus suam potestatem delegare. Regula enim generalis est, eum, qui potestatem habet ordinariam, eandem posse aliis delegare.

13. Dices. Ergo Parochus poterit dare licentiam simplici Sacerdoti, ut ministrat suis Parochianis hoc Sacramentum. Respondeo? Nego consequentiam, nam ad hoc Sacra-

H men-

a Lege Theol. de pœn. Eccl. dist. p. 2. V. Absol. c. 2. b Delugo de pœn. d. 15. n. 14. fins.

c Vasq. de Pœn. q. 93. art. 1. d. 6. Delugo de Pœn. d. 18. n. 4. c. 49. Coninck de Pœn. d. 8. n. 17. Hurad. de Pœn. d. 10. diff. 10.

ar. d. de Pa. sec. 3. minck sacr. h. ub. 2. orsa de v. q. 16. 2. ugo de d. 15. 2.

e Suar. d. 25. de Pœn. nit. sec. 1. n. 13. c. 14. Barb. de Pœn. Ep. p. p. Tit. 4. nu. 47. f Barb. l. c. g nu. 24. g Sanchez l. c. matr. d. 29. h Infra in Tr. de cœn. sib. refer. vatis. c. 10. §. unico, à nu. 9. i Th. Hurt. l. mox citando n. marginali 2022.



mentum administrandum, præter jurisdictionem, requiritur Approbatio Episcopi, de qua latè mox. Parochus ergo potest quidem suam jurisdictionem delegare a hanc enim potestatem habuit à Sacro b Textu, neque ea fuit unquam revocata, sed quia non potest approbare, (hoc enim pertinet ex Tridentino ad Episcopum, ut paulò post videbimus) ideo non potest simplici Sacerdoti dare completam potestatem administrandi hoc Sacramentum, ne pro Parochianis quidem suis. Non ergo sequi possum aliquos e affirmantes, etiam post Tridentinum, posse; Sequi, inquam, non possum, quia saltem usus antiquus, quo nemo, quantum scire possum, ex Parochis hanc potestatem sibi vendicat, interpretatio est tacita, ea ipsos carere.

Dixi, *Simplici Sacerdoti*, nam, an alteri Parocho, quæram mox.

14. Illud hic obiter scito, quando Episcopus tibi confert licentiam audiendi Confessiones, duo tibi conferre, nimirum jurisdictionem, & approbationem, nisi expressè explicet se unam dare, & non alteram. Ratio est, quia illud (confero, seu do tibi licentiam) utrumque involvit.

## §. III.

*Explicatur distinctus, quibusnam prædicti possint ministrare hoc Sacramentum.*

1. Quoniam dictum est, prædictos posse suis subditis ministrare Poenitentiae Sacramentum, inquirimus in præsentia, Equisnam sit existimandus subditus in hac materia?

*Habitationem permanentem habentes?*

2. Dico, certum esse, eos, qui in hac Diocesi, vel Parochia habent domicilium originis, & habitationis, hoc est, eos, qui hic nati sunt, & hic permanenter habitant, esse in hac materia subditos hujus Episcopi, vel hujus Parochia, & ab his posse illos recipere Sacramenta, & consequenter absolutionem, Patet, quia hi sunt maxime subditi.

3. Quid si hæc duo, hoc est nativitas, & habitatio non sint conjuncta? Respondeo. Si hic domicilium fixum quis habeat, licet hic natus non sit, potest ab hoc Episcopo, vel Pa-

rocho recipere Sacramenta. Contra verò non potest, si alibi fixum habeat domicilium, solum ex eo capite, quod hic natus fuerit. Ratio est, quia in priori casu es subditus, non in posteriori. Neque obstat paritas ducta ab ordinatione, quæ potest haberi ab Episcopo illius loci, ubi quis natus est, juxta suo floco dicenda. Non obstat, inquam, quia id concessum est ex peculiari dispositione Pontificia, quæ similis non invenitur in casu, de quo in præsentia loquimur. Dixi (solum ex eo capite, & c.) propter illa, quæ dicenda sunt mox præsertim nu. 25.

4. Sed quæres, Quando nam domicilium fixum quis in hoc v. g. loco habere dicendus est?

Respondeo. Quando adsunt indivisibiliter hæc duo. Primum, quod animus is habeat perpetuo hic manendi, & Secundò, quod actu materiale domicilium huc transfulerit; statim enim atque hæc duo adsunt, dicitur quis simpliciter, & absolute hujus loci habitator.

5. Pari modo, ut quis deserat domicilium, duo etiam requiruntur indivisibiliter. Primum, animus hic non habitandi, & actualis, materialisque translatio. Unde si animum habeas hinc discedendi, sed nondum discessisti, tuam sedem transferendo, subditus adhuc permanes hujus Episcopi. Nota autem, animum permanendi in priori casu, & animum discedendi in posteriore sufficere cum dicta translatione ad prædictos effectus pro foro interno, at pro foro externo requiritur probatio, & per aliquos decennalis habitatio, de qua te in dicto Tract. de Ordine.

6. Quæret curiosus. Si quis incolat domum sitam in confinio duarum Parochiarum, in cujusnam Parochia dicitur domicilium habere, & consequenter ejus erit Parochianus?

Respondeo. In ejus Parochia, in qua patet porta principalis, magisque frequentata illius domus, quia ex aditu h. judicatur de domo, cui cedat. Ita i Barbofa. Quid si in eodem casu utraque porta sit æque principalis, ut in magnis domibus aliquando evenire contingit?

7. Respondeo. In utraque, quia in more, & victu humano, utriusque Parochia dici is habitator rectè potest. Vide mox, num. 13.

*Habitationem transsemitem habentes?*

8. Hæc num. 4

2 Vide de hoc, quod dicam c. 5. §. 3.  
b C. omnis utriusque sexus de poenitentia in 6.  
c Th. Hurz. T. 2. Variis Quæst. Tr. 12. c. 1. §. 2. dub. 1. nu. marginali. 2023.  
alii, quos refert, Sed rejicit Diana p. 11. Tr. 4. ref. 13. §. Quæro 5. d Mox. c. 5. §. 1. nu. 5.

f L. 7. de Ordine c. 6. §. 1. à nu. 6. g C. cum nullus de Temp. Ordinatio num in 6.

a  
d  
2  
di  
4  
6  
cy  
m

b  
de  
tu

h L. et tu ados ff. de legatis 3. i Barbofa de pot. Ep.

nu. 71. de pot. Ep. roch. c. 11

cp